



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 20. Circa Scandalum Charitati contrariam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Suarij, Magistri mei de Beneficiario in minoribus constituto asserendum existimo, peccare inquam, venialiter solum, sed grauius. Quia nullus textus specialiter de eo loquitur. Et quia Beneficium solummodo obligat, vt non apponat ille impedimentum ad officium illud exercendum casu, quo illud velit retinere.

DVBIVM LXXI.

Ad evitandam mortem, ad quam quis est condemnatus, licetne potest acceptare Duellum?

401
*De duello
plures re-
colo.*

Recolo, duellum esse illicitum, si nulla eius legitima causa inueniatur: tunc autem licitum esse sicut bellum, cum legitima aderit occasio. Certe ostentare vires, & voluptatem spectantibus causare, causa est insufficientis. Veritatem aliquam duello firmare, non solum est illicitum: sed & superstitiosum, vindicta propria iniuriæ per duellum est illicita. Defensio honoris proprii, quem videris amittere, si oblatum duellum respuas, non est censenda sufficiens causa illud honestandi: Verum si aliquis tibi minatur mortem, vel gravem iacturam honoris, vel diuitiarum, nisi duellum acceptes, acceptare illud potes, nisi cum aliquo innocente procuret, vt pugnes. Dubitarim vero, an ad evitandam mortem, ad quam quis est condemnatus, licet possit duellum acceptare? Verbi gratia, inique es accusatus, ac condemnatus, vel credis certo te esse condemnandum, & offertur tibi duellum ab accusatore, vel Iudice, si velis à condemnatione liberari acceptare idne potes?

402
*Potes duellum
acceptare.*

Potes quidem. Quia tibi licitum est eum occidere, qui tuam vitam, honorem, vel diuitias aggreditur, à cuius aggressionem ne quis alia via liberari: sed accusator ille iniquis testibus tuam vitam, honorem, & diuitias aggreditur: ergo potes illum duello perimere, cum non suppetat tibi alia via evadendi periculum. Sic Nauarra *summ. cap. 11. numer. 39. & cap. 15. num. 17.* Nauarra *lib. 2. de restit. cap. 3. num. 289.* Sanchez *lib. 2. Decal. cap. 39. num. 8.* Coninch. 2. 2. *disp. 32. dub. 2. numer. 17.* Molin. *tract. 3. disp. 17. numero 7.* Lessius *libro 2. capite 9. dubio 8. numero 47.*

403
Non potes.

Minime potes Iudex in præfato casu duellum tibi offerre, neque tu illud potes acceptare. Quia vel tu es condemnatione secundum allegata & probata dignus, vel non. Si dignus condemnatione es, etsi nullam tibi irroget iniuriam Iudex, vel Princeps, condemnationem debitam in duellum commutans, at gravem irrogat accusatori, quocum duellum inire debet: cum absq; causa legitima probata, illū manifeste vitæ periculo permittat exponi. Quod si accusator in illud periculum libere consentiat, esto ei Princeps vel Iudex iniuriolosus non sit, est tamen Reipublicæ, cuius gerit administrationem cum abique causa publica, & legitima sibi subditum periculo vitæ permittat exponi. Si autem dignus non es condemnatione, & nihilominus Iudex te vult condemnare, & lo-

co condemnationis duellum offert: adhuc non potes illud acceptare, nisi forte ille, quo duellum est in eundem, dignus condemnatione sit, & in duellum condemnatio eius committetur, vel te ipsum ille aggrediatur. Quia extra hos casus iniuste illum oppugnas, illumque perimere intendis ob tuæ vitæ conseruationem. Licet enim in aliquo casu tibi permissum sit, innocentem occidere, vt vitam conserues; debet esse casus, ex quo sequatur ea occisio per accidens ad tuam actionem: vt contingit, cum inimicum fugis, & in medio itinere est innocens constitutus, quem perimere debes, si cursum prosequaris. At acceptatio, vel indictio duelli per se inferunt occisionis periculum: Nequeunt ergo libere contra innocentem fieri. Ita Abul. 1. *Reg. 17. quæst. ultim.* Salon. 2. 2. *qu. 64. num. 3. controu. 3.* Suarius *de bello d. 13. sect. ultim. num. 5.* Palao *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 7. numero 12.*

Placet mihi sententia hæc, sed probabilius adhæreo primæ adiciens, non solum licitum esse acceptare duellum, vel illud indicare ad hanc iniuriam propulsandam: sed te posse occulte calumniatorem occidere, si alia via non suppetit periculum euadendi. Quia illa non est occisio, sed defensio. Nauarra, & Sanchez. Imo hi Doctores adiciunt, te obligatum esse non acceptare duellum, si calumniatorem secretò interimere potes. Quia sic te non exponis vitæ periculo, & ab alio tollis occasionem nouum committendi peccatum; duellum acceptando, vel offerendo.



CAPVT XX.

Circa scandalum Charitati contrarium.

DVBIVM LXXII.

An ad rationem scandali sit necessarium esse proximo ruinæ spiritualis, seu peccati occasionem?



Non est scandalum nisi ruina spiritualis proximi succedat, vel si scandalum meatur probabiliter succedat. Quia scandalum actiuum, quod proprie est Scandalum, definitur sic: Est oculus minus vellem præbens proximo occasionem ruinæ. D. Tho. ab omnibus receptus 1. 2. *q. 43. a. 1.* Ergo quando proximo ruinæ occasio non exhibetur, scandalum non est. Ex quo fit, plures coram alijs peccantes à peccato scandalum excusari, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles, vt nullatenus peccatis visis, consentiant ad peccatum moueri: vel ita sunt deperdit, vt peccatum aliorum nihil illos immutet. Sic Nauarra *summ. cap. 6. num. 19.* Sanchez *lib. 1. Decalogi capite sexto, numero septimo.* addit. Si ex

Secl. II. De Charitate, Dubia. 171

ex tuo dicto, vel facto nihil aliud præter admirationem, & rumorem in videntibus excitetur, non debere censi peccatum scandali commisit. Quia admiratio, rumor, & suspicio de peccato si fundamentum præbes, non est peccatum, & consequenter ruina spiritualis proximi causa non existit.

⁴⁰⁶ Scandalum est, licet ruina spiritualis proximi non succedat, vel probabiliter successura timeatur. Quia si die Veneris (verbi gratia) coram aliis carnes comedas non censeberis scandalum dare, siquidem ex illa actione potius excitatur in videntibus horror, & detestatio, si ne admiratio conscientia tam perditæ, quam propositum vescendi carnibus. Similiter si Religiosus scemnam suspectam frequenter inuisat, alij Religiosi non inde mouentur ad peccatum, sed potius Religiosi libertatem detestantur: & tamen scandalum censetur hic Religiosus exhibere. Ergo ad rationem scandali non est necessarium esse proximo ruinæ spiritualis occasionem. Ita Nauarr. summ. capit. 14. num. 31. Syluest. ver. b. Scandalum, quæstion. 2. sine, asserentes, Religiosum illum scandalum proculdubio præbere.

⁴⁰⁷ Ego quidem primam sententiam omnino præferendam existimo. Nam si ex casibus assignatis solum detestatio peccati, vel admiratio oriretur: & ex visitatione scemina à Religioso facta, aliquis rumor, ac suspicio nasceretur: cenleo nullo modo te peccato scandali delictum. Suarius disputatione 10. de Charitate sectione 1. numero 1. Sancius select. disputation. 48. numer. 45. & clarius disput. 46. num. 11. At quia raro contingit ex præfatis actionibus non dari videntibus, aut scientibus alicuius ruinæ occasionem, scilicet viuendi liberius, vel contemnendi Religionem, Religiosasque personas; ideo regulariter apte dixit Nauarrus, scandalum præbere, qui absque necessitate, vel vilitate alicuius suspectæ mulieris consuetudine familiari vitur: & qui frequenter Moniales debitam clausuram non obseruantes inuisit: ex qua frequenti visitatione populus arripit occasionem detrahendi, ac murmurandi, etiam si aliqui caste ille viuatur, & recta intentione loca illa frequenter.

DUBIVM LXXIII.

Inducere aliquem ad veniale peccatum ea deprauata intentione, quia malum illius est, potestne solum esse veniale piaculum?

⁴⁰⁸ Non potest esse solummodo veniale, sed mortale necessario est. Quia velle alicui directe veniale peccatum, est velle illi granius nocumentum quolibet alio temporali, cum veniale peccatum quolibet temporario nocumento sit præferendum. Et quia esto, inducere aliquem ad veniale peccatum, veniale solum sit, ac inducere ex affectu illum damnificandi, graue esse videtur: cum eiusmodi affectus non videtur posse nisi ex Dei, aut proximi odio provenire. Sic Vasquez 2. 2. disp. 102. cap. 7. numero 23. & 24. Coninch. 2. 2. disputation. 32. dy. Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

tio quinto numero quinquagesimo primo.

Potest esse veniale solummodo. Quia talis affectus non videtur obiectam graue habere, solum enim pro obiecto habet proximi damnificationem leuem: sicut si velles, Antonium aliquo peccato leui inficere, & ex hoc affectu illi verbum otiosum dicere persuaderes: talis persuasio ex præfato affectu, nullo modo grauis esse videtur. Non enim grauis est ex obiecto, ad quod persuades, cum hoc sit verbum otiosum, neque etiam ex ratione formali persuadendi, cum hæc solum sit veniale peccatum. Ita Diu. Thom. 2. 2. quæstione quadragesima tertia, articulo quarto, Nauarr. summ. capite decimo quarto, numero vigesimo nono. Azorius tomo primo, libro quarto, capite vigesimo, quæstione tertia. Salas 1. 2. tractatu decimo tertio, disputatione quinta, sectione decima quinta, numero quadragesimo secundo, Bonacina disputatione secunda, de peccat. quæstione quarta, puncto secundo, Paragrapho unico, numero decimo, Suarius de Charitate, disputatione decima, sectione prima, numero quarto, Lorca 2. 2. quæstione quadragesima tertia, numero sexto. Sanchez plures referens, libr. 1. Decalog. capit. 6. numero 10.

⁴⁰⁹ Ego quidem non leuiter allaciebar, vt primam sententiam eligerem hac ratione illæctus: si peccet quis venialiter ex contemptu alicuius beneficii à Deo accepti, ingrati tudinem formaliter committit, & tamen ille contemptus mortalis est. Ergo etiam ad veniale quis inducat, si tamen inducat ex proximum damnificandi affectu, talis affectus mortalis erit, est enim diaboli proprius. Attamen à communi sententia non discedere statui. Quia ei rationi respondere possum, contemptum beneficii à Deo accepti semper esse grauem; quia tacite Deus contemnitur, cui summa reuerentia debetur, quod in hominibus aliter contingit.

DUBIVM LXXIV.

An qui consulit proximo aliquod peccatum, peccet eadem specie peccati, qua ipse proximus delinquit, debeat id in Confessione explicare?

⁴¹⁰ Non peccat eadem specie peccati. Quia sequeretur, si proximus peccaret iniustitiæ delicto, verbi gratia, furti, vel homicidij, cum, qui consilio, vel opere aliàs prauo illius causa extitit, teneri damna ex tali furto, vel homicidio reparare: consequens est falsum: ergo. Sic Magister meus sapientissimus P. Ioann. de Salas 1. 2. tom. 2. tractat. 13. disp. 5. section. 15. num. 134.

⁴¹¹ Eadem peccati specie delinquit in Confessione aperienda. Quia si quis consulat proximum aliquod peccatum, illud intendit. Si prauo exemplo proximum ad peccandum inducit, specialem malitiam contrahit in Confessione manifestandam; quia saltem indirecte vult proximi peccatum, illiusque est causa moralis.

⁴¹² Eadem peccati specie delinquit.

lis. Ita Vasquez referens 1.2.d.10.1.c.7.num.33.
Bonac. d.2. de peccat. q.4. pun.2. §.viii.n.12. Säch.
1.1. Decal. c.6.n.4. Azor. tom.1. l.4. c.20. q.6. Va-
lent. 2.2.d.3. q.18. pun.2.

413
Hoc unice
tenendū es
se iudico.

Mihi (mei Ioannis de Salas venia) videtur pro certo habendum, te peccare illa specie delicti, quia peccat is, cui malum consilium, aut exemplum praebes; quia illud peccatum tibi est voluntariū. Profecto, si consilio vel mādato causa fuisti damnorum illius furti, vel homicidii, haud dubium, quin ea resarcire teneatis; quia tunc directe furto, vel homicidio cooperatus fuisti. At si solum prauo exemplo ad furtum, vel homicidium induxeris, non videris ad restitutionem obligari: quia is, cui damnum est illatum, ius non habet te obligandi ab actione abstinere, ex qua alius tertius sumit occasionem malum inferendi. Peccas tamen contra iustitiam; quia ad hoc peccatum sufficit, si indirecte malum proximi intendatur: seu occasionem illius dederis; sicuti si absque causa iusta aliquem induceres, ut tibi sub vfuris mutaret peccares contra iustitiam, non quia tibi facis iniuriam: nemo enim se laedere potest Aristotel. lib.5. Ethicor. cap.6. Sed quia es occasio, ut alius tibi iniuriam irroget. At restituere non teneris, quia tibi obligari non poteras. Ergo bene poterit quis prauo exemplo contra iustitiam peccare, quin restituere obligetur. Vasquez 1.2. disputation. 102. capit.7. numer. 21. Sanchez libr. 1. Decalog. capit. 6. numer. 5. Suarius de Charitate disputation. 10. section.2. numer. 9.

DV BIV M LXXV.

Si aliquem induxisti, ut tecum delinqueret: tenerisne in Confessione inductionem manifestare?

414
Status qua-
sionis.

Circa peccata, quae sine complice patrari non possunt, requisierim, num quis teneatur in Confessione aperire inductionem, verbi gratia, Induxisti aliquam scēminam, ut tecum delicto veneris indulgeret, an tenearis in Confessione aperire inductionem, vel sufficiat dicere, te fornicationis crimen commississe?

415
Non teneris
aperire in-
ductionem.

Non teneris inductionem fateri. Quia talis inductio ad peccatum subsequutum refertur: ergo manifestato peccato, ea, quae ad ipsum referuntur censi debent manifestata. Ideo enim tactus, oscula, & amplexus praecedentes coitum non obligaris ex communi sententia manifestare, coitu subsequuto, quia ex coitus manifestatione alia manifestata esse censentur. Et quia tota malitia horum actuum sumitur ex obiecto, cuius sunt dispositiones: sed si militer tota inductionis malitia sumitur ex actu, ad quē inducit: ergo manifestato actu, inductio censi debet manifestata. Sic Vasquez de poenit. quaest. 91. art. 1. dub. 4. & 5. numer. 34. & alij.

416
Aperire
eneris.

Teneris quidem manifestare inductionem. Quia manifestata copula non manifestatur inductio, cum fieri possit, absque inductione, ut regulariter in scēmina contingit, quae non in-

ducit, sed est indirecta. Ita Sanch. 1.1. Decal. c.6. n.14. Cast. Pal. tom. 1. rr. 6. d. 6. pun. 3. n. 4. Conin. 2.2.d.32. dub. 5. n. 55.

Satis probabilem primam sententiam esse reor, sed probabiliorem proculdubio secundam. Monens tamen, in viris, quia regulariter inducitur, forte hanc inductionem manifestare, haud fore necessarium; quia subintelligitur, cum est, non exprimitur contrarium. At si scēmina adeo extiterit impudice, ut virum ad peccandum secum inducat, tenetur aperire inductionem. Nam cum regulariter solet induci, expresso actu, non censetur inductionem aperiri.

DV BIV M LXXVI.

Præfatum consilium, vel inductio indirecta ad crimen, sive speciale peccatum scandalum virtutis Charitatis, ac misericordiae contrarium?

Est quidem speciale peccatum scandalum aduersus beneficentiam, & misericordiam. Quia sufficit ad contrahendam alicuius peccati malitiam, si illud intendatur, cui illa malitia est necessario coniuncta. Vbi intendas cum nupta fornicationem, peccas iniustitiae delicto, intendis enim eam actionem, cui iniustitia est annexa: sed cuiuslibet proximi peccato est coniunctum damnum ipsius, in quo scandalum consistit: ergo intendens peccatum proximi, peccas scandalum delicto. Sic Coninch. 2.2. disp. 31. dub. 5. num. 45. Salas 1.2. tract. 13. di. p. §. 15. num. 132. & 127. plures pro hac sententia refert. Suarius de Charitate, d. 10. sect. 2. n. 3. Nauarr. summ. cap. 6. num. 19. Valent. 2.2. di. p. 3. question. 18.

Non est speciale scandalum peccatum, sed generale solum. Vnde consulens alicui, ut peccet, non peccat alia specie peccati, praeter illam, in qua est peccatum, ad quod consulit. Verbi gratia, Persuades alicui fornicationem, peccas aduersus temperantiam, non aduersus charitatem, & misericordiam, si ruinam proximi formaliter non intendis. Quia si malum proximi specialiter non intendatur, non potest laedi positivè virtus beneficentiae, & misericordiae: beneficentia enim non respicit pro obiecto proprio ipsius benefacere proximo, sed benefacere illi, quia bonum illius est: & misericordia non respicit pro obiecto remotionem mali à proximo, utcumque, sed quatenus illi est mala. Nam removere malum, & benefacere proximo aequè est obiectum Charitatis, ac misericordiae, gratitudinis, aliarumque virtutum: ergo ut hae virtutes distinguantur, necessario concedendum est, misericordiam intendere subleuare miseriam proximi, quia talis subleuatio bona est illi ergo actus, qui positivè debet opponi huic virtuti, necessario debet esse actus qui vellet, miseriam proximo inferre, quia mala illi est. Ita Vasquez 1.2.d.10.2.c.4. Sanchez 1.1. Decal. c.6. n.3. Azorius tom. 1. l.4. c.7. q.1. & cap. 20. q.6. & tom. 2. l.12. c.16. q.1. & 4. plures citat. Salas tom. 2. rr. 13. d. 5. sect. 15. num. 124. Valde probabile reputat Bonac. de peccat. d. 1. q.4. §. vii. n. 13. Et est sententia expressa D. Tho. 2.2. q.43. ad. 3.

Hanc

Se&t. II. De Charitate, Dubia. 173

⁴¹⁰ Hanc eligo sententiam, eam ab inconuenientiâ confirmans. Quia ex opposita sequeretur, consulentem alicui fornicationem, (v. gr.) grauius peccare quam ipse, qui fornicationi dat operam. Nam qui fornicatur solūmodo aduersus temperantiam delinquit: at qui consulit, non solum aduersus temperantiā, sed etiam aduersus misericordiam, vel charitatem peccat: ergo grauius delinquit. Peccat, inquam aduersus temperantiam, quia est causa fornicationis alterius: & peccat aduersus misericordiam, vel beneficentiam, quia damnum infert. Ergo ne sic peccata multiplicentur, dicendum est, consulentem fornicationem, non delinquere aduersus charitatem, nec aduersus misericordiā, quoties malum, quatenus malum est, non intendit.

D V B I V M LXXVII.

Ex peccato publice patrato oriturne scandalī malitia in confessione manifestanda?

⁴¹¹ *Nemini.* **N**on oritur. Quia publice delinquēs, ignorat, quisnam ex prauo eius exemplo mouendus sit ad peccandum: aut quānam peccata ea occasione perpetranda sint: ergo prauum illud exemplum scandalī malitiam habere non potest. Consequentiam probō, quia nullam quis malitiam potest contrahere, quin prius illam cognoscat, & sibi repræsentetur: cum autem nulla malitia ei repræsentetur specialiter nullam specialiter contrahit. Dicere autem, quod omnes contrahat malitias, ridiculum videtur. Sic Nauar. *sum. c. 14. n. 3.* Vbi ad lethale peccatum scandalī requirit certam aliquam personam esse inducendam: neque sufficere, ait, credere aliquem generaliter peccaturum. Sicut nec sufficit ad peccatum suspicari, aliquē male viuere in Oppido, & si nulla sit ad male suspicandum ratio *cap. Osius, de elect.* Ellet tamen peccatum, si in particulari de aliquo male suspicaremur.

⁴¹¹ *Oritur pro-* **O**ritur quidem generalis scandalī malitia in Confessione aperiēda. Quia negari nō potest, peccatū in publico cōmissum de se ad malum mouere, ingenerareque virtutis contemptum ac ad libertius viuendum excitare: & per accidens omnino esse, si nullus ex illo moueatur: per se tamen esse, ut moueantur aliqui: ergo iā peccans mali huius causa existit. Quod vero in particulari nesciat, ad quodnam peccatum videntes mouendi sint, & qui sint mouendi, non obstat, quominus determinatam malitiam scandalī ille contrahat. Ita Sanch. *l. 1. Decal. c. 6. n. 7. & 20. Azor. to. 2. l. 2. c. 16. q. 3. Bannes 2. 2. q. 43. a. 4. Petr. de Ledes. tom. 2. sum. tractat. 4. c. 5. dub. 3. Bonac. dub. 2. de peccat. qu. 4. pun. 2. §. vnic. num. 41.*

⁴¹³ *Hoc omnino* **H**oc omnino dicendum existimo, primamque sententiam improbabilem esse reor. Nam si aliquos quis sine vlla determinatione persuaderet, ut peccatum mortale committerent, talis persuasio, & vna est, & vnā malitiam habet, licet obiectum nimis commune esse videatur, atque confusum. Si requiras autem,

quānam hæc malitia sit Credo esse malitiam reductiue aduersus charitatem, Charitas enim ut Regina omnium virtutum obligat, ne fiat aliquid, quo Deus offēdatur, & eius diuina deperdatur amicitia. Ergo qui daret occasio, nem, ut offēdatur Deus, & eius amicitia dissoluatur aduersus charitatem procedit. Igitur peccato scandalī delinquit. Ex quo fit obligatum esse, fateri in Confessione, se publice peccasse. Quia cum non sciatur, quor personæ ex illius prauo exemplo mouenda sint, debet periculum explicare. Si enim sciret quot personæ mouerentur, & ad quæ peccata: & namerum personarum, & peccatorum speciem explicare teneretur: alias non satisfaceret, siquidē peccatorum non declarat speciem, neque numerum exponit. Sanch. *l. 1. Decalog. capit. 6. num. 10. Bonacin. de peccat. dub. 2. quæstion. 4. pun. 2. Paragrapho vnic. numer. 11. & alij communiter.*

D V B I V M LXXIII.

Licitumne est offerre peccandi occasionem, vt te indemnem serues vel vt peccator deprehensus efficacius corrigatur?

⁴²⁴ **S**uppono peccare eum, qui permittit peccatum alterius, ut deprehensus in illo puniatur. Quia non videtur hæc sufficiens causa honestadi permissione: pœna enim non est per se digna, ut apparetur, cum solum ob peccatum possit imponi: imo cum antecederet ad peccatum pœnam peccati ille intendat, tacite ipsum peccatum censetur intendere. Medi. *C. de res. q. 12. Sanch. l. 12. de matr. d. 12. n. 52. Bonac. d. 1. de peccat. q. 4. pun. 2. §. vni. n. 28.* Verum qui permittit peccatum alterius, ut sic deprehensus corrigatur: licite agit. Quia tunc videtur sufficiens causa honestandi permissionem correctio absoluta delinquentis. Nauar. *sum. c. 17. nu. 12. Valent. 2. 2. d. 5. q. 6. pun. 5. dub. 7. Sanch. l. 10. de matr. d. 12. n. 52.* Debet tamen ferē certo de emendatione futura constare. Cæterum ut quis se indemnem asseruet, poterit delictum permitttere, seu non tollere ab alio delinquenti occasionem, cum possit. Qua ratione poterit maritus conficius secreto adulterij vxoris, id permitttere, & adhibere secum testes, quibus valeat delictum probare & diuortium gerere. Quia cum grauissima viro irrogetur iniuria, si vxor adulterium perpetret, cogatur simul cum illa habitare: poterit hanc propullare iniuriam, & cum non apparuerit alia via commoda, qua propullare valeat nisi peccatum permittendo, & adhibēdo testes, licebit permitttere, ac testes adhibere. Nauarra *de res. l. 3. c. 4. n. 104. Sanch. ibid. num. 52. Moli. tr. 3. de inst. d. 55.* Hæc mihi certa. Dubito vero, an ob prædictos fines licitos, licitum etiam erit offerre delinquentibus occasionem delicti committendi?

⁴²⁵ **L**icitum non est. Quia id non est permitttere malum, sed ad malū cooperari. Sic Sā. *v. Peccatum, n. 7. Sanch. l. 10. de matr. d. 12. n. 53. Bonac. de peccat. d. 2. q. 4. pun. 2. §. vni. nu. 28. & 34.* Vnde hic & Sanchez inferunt, non licere marito pacisci cum vxore, ut amasio eius castitatē violare tentanti conuiueat, concedens tempus,

& locum, non ut adulterium gerat, sed ut in crimine deprehendatur. Quia talis oblatio est tacita, imo expresse adulterij intentati acceptatio, quod de se est illicitum.

426
Licitum est.

Licitum est, sed raro offerre delinquentibus peccandi occasionem. Quia offerri potest occasio medio aliquo indifferenti, ut contingit, si pater volens deprehendere filium furantem, relinquit clauem in arca quasi oblitam, apponatque nummos in eo loco, quo commodè illos possit arripere, & surreptionis conuincit: tunc, inquam, actionem praestat indifferentem. Ita Nauarra l. 3. de rest. c. 4. p. 1. dub. ult. nu. 104. Sanch. in select. dub. 35. sine, cum aliis, quos refert.

427
Auctoris resolutio.

Profecto si mulier sollicitata ab aliquo, cuius non valet importunitatem repellere, aliqua æquiuocatione utatur, qua sollicitanti videatur annuere, in re tamen non annuat, non videtur peccare. Nam si dicat sollicitanti: Placet, ut tali hora, venias, ostium erit apertum: verba indifferentia sunt, & licet sonent sollicitanti adulterij acceptationem, at re vera acceptatio non sunt: ergo licite poterit illis uti, cum sufficientem causam habeat utendi æquiuocatione. Hæc quidem aliquo modo probabilem videntur reddere secundam sententiam non solum in foro externo, in quo talis consensus non obstat accusationi adulterij: sed etiam in foro conscientiae. Attamen primam sententiam amplector, & an secunda sufficienti probabilitate nitatur Doctorum iudicio submitto.

DVBIVM LXXIX.

*Licetne persuadere minus malum,
parato maius committere?*

428
Nonnulla pramitto.

Si recta via quis possit diuertere proximum à graviore peccato committendo, non licet ei minus peccatum suadere. Determinatum occidere Antonium, non licet ad vulnerationem Pauli incitare. Determinatum vni ex pluribus iniuriam inferre, non licet inclinare in aliquem illorum, tamen minus malum quam alij patitur. At determinato graue malum perpetrare, licitum est materiam minoris proponere, ut sic alliciatur ad maius malum omittendum. v. gr. Sodomiam intentanti licebit tibi materiam fornicationis illi proponere. Quia huiusmodi propositione non inducis eum ad fornicationem, sed solum viam ostendis, qua grauius malum valeat evitare. Valent. 2. 2. d. 5. q. 21. punct. 4. Sanch. l. 7. de matr. d. 11. n. 19. Hæc certa mihi. Dubito autem, num determinato graue peccatum facere, liceat expresse consulere, ac persuadere, ut minus efficiat, si alia via diuertere non possit?

429
Licet persuadere minus malum.

Licet quidem. Quia non persuadetur minus malum absolute, sed sub conditione, quod aliud grauius esset perpetrandum. Sed casu, quo grauius ille esset effecturus, bonum est, illi persuadere ut minori malo sit contentus. Quia in hoc eius & Dei negotium utiliter geritur. Sic Sanch. plures referens l. 7. de matr. d. 11. num. 15. Lessi. l. 2. c. 13. dub. 3. nu. 19. Rebel. l. 2. q. 14. sect.

4. n. 21. Moli. 10. 2. d. 3. 5. n. 3. Bonac. cum aliis d. 1. de rest. q. 2. p. 7. n. 8. Valq. Opus. de scand. dub. 1. & 2. Basil. Legion. lib. 5. de matr. cap. 18. §. 5. num. 26.

Minime licet. Quia illud consilium de minori malo absolute est de malo: comparationum enim positum supponit, sed consilium absolute malum, est illicitum: ergo. Ita Caiet. 2. 2. qu. 78. a. 4. notab. 3. Covar. l. 4. Decretal. p. 1. cap. 4. n. vlt. Syluest. v. Matrimonium, 7. q. 5. dicto. 9. Sanch. v. Peccatum, n. 8. Valent. 2. 2. d. 5. qu. 21. punct. 4. Conrad. de contrah. q. 26. corol. 1. & 2. quæ in fert ex 2. corol.

Ego existimo in primis, priorem sententiam esse veram, si quis consulat, & persuadeat minus malum ei, qui non solum grauius, sed etiam minus paratus erat perpetrare. Quia in hoc casu non consulit, aut persuadet ad minus malum, sed ad earentiam præcisæ maioris, neque determinat delinquentis voluntatem ad minus malum, sed potius retrahit à grauiori committendo. Deinde putarim nulli licere consulere minus malum ei, qui paratus non erat illud efficere. Vnde non licet fornicationem suadere ei, qui paratus erat committere adulterium. Quia iam illius peccati consensu causa est, & vere peccatorem ad illud inducit, etiam si recto fine procedat: ergo delinquit. Profecto peccator ille non recto medio vitatur ad vitandum malum grauius, operando minus. Ergo neque alius recte illi consulit cum consulat minoris mali operationem.

DVBIVM LXXX.

*Potestne quis volenti surripere pauperis
nummos, rogare, ut diuitem surripial,
non determinando diuitis
personam?*

Potest quidem sine piaculo. Quia tunc nullius damni videtur esse causa, damni pauperis repulsi. Et quia non inducit ad aliquod peccatum ad quod fur ipse inductus non sit; sed potius eius prauam voluntatem temperat. Ipse enim cum ad furandum à paupere, inductus etiam sit, absolute inductus est ad furtum committendum. Ergo cum quis eum rogat, ut à furto pauperis absteat, & furtum diuitis exequatur, & non determinat cui diuiti inferendum sit illud damnum, relinquit eius voluntatem in prioris determinatione: ergo non delinquit. Sic Sanch. libr. 7. de matr. d. 11. n. 24. Moli. 10. 2. d. 155.

Minime potest. Quia illius consilium tendit, ad commutandam pravam voluntatem furis non in aliquod bonum, sed in aliud malum, etsi minus: tendit enim loco furci faciendi pauperi, subrogare furtum diuiti irrogandum: ergo præterdit ad aliud furtum ab eo, ad quod fur erat determinatus, determinare: ergo peccat: esse enim personam diuitis indeterminatam non obstat quominus furtum, ad quod inducis aliud sit ab eo, ad quod erat prius fur determinatus, à quo ille præterdit remouere. Ita Fern. de Castro 10. 1. r. 6. dub. 6. punct. 7. numer. 12.

Porto

Sect. II. De Charitate, Dubia. 175

414
Auctor
iustitia.
Porto in hoc casu dupliciter se consulens habere potest. Vel consulendo absolute furtum diuitis, vel illud proponendo. Si solum proponat convenientiam, quæ in anteposendo pauperis diuiti relucet: ut si dicat, Minus peccatum est, minorque iniuria diuiti irrogatur, quam pauperiac proinde casu quo vnum illorum gerendum sit, minus malum est, eligere furtum diuitis quam pauperis: nullam existimo esse culpam in tali representatione. Quia ibi tunc non est consilium, neque inductio, ut de se constat. At si verè inducit ad diuitis furtum proculdubio peccat, ob secundæ sententiæ appositam rationem. Ad id derim, si induceres ad furtum determinando diuitis personam, omnes, præter Valquium, conveniunt, te peccaturum, quia iniuriam irrogares illi diuiti, eo quod causa determinata foret illius damni, quod aliàs non esset perpetranda, si tuum consilium non adesset. Sed quando non determinas personam diuitis, etiam es causa damni etiam non determinati, vagè sumpti, hoc est, huius, vel illius diuitis. Ergo peccas. Merito enim omnes diuites de te conqueri possunt, quod voluntatem foris ad illos inclinantes, aliàs non inclinandam.

DUBIUM LXXXI.

Qui consilium prabet furi, ut potius à diuite (indeterminato quidem) quam ab inope fureretur: huius consilij ratione tenetur restituere, si alicui diuiti furtum sit effectum?

415
Nō tenetur. Quia consilium bonum est in substantia, cum sit de minori malo maioris comparatione: & solum sit malum in modo, quia est contra charitatem, quæ obligat, ut omnia mala vitentur. Sic Sanch. libr. 7. de matr. d. 11. n. 23.

416
Tenetur
quidem.
Tenetur restituere, si diuiti factum est damnum. Quia fuit positiva illius causa. Nam licet non fuerit causa, ut huic diuiti potius, quàm alteri damnum sit illatum; quia tamen causa fuit, ut alicui diuiti fieret, consequenter fuit causa huius in particulari. Ita Castro Palao 10.1. rr. 6. d. 6. pun. 6. n. 13.

417
Item de
Sapientissimo ac amicissimo adhæreo Doctori. Quis etenim neget, te obligatum esse restituere, si aliquem non cogitantem de furto gerendo ad furandum inducas, etsi innominata persona, cui debeat furtum fieri? Ergo hæc universitas non tollit obligationem.

DUBIUM LXXXII.

Mulier se ornans, & virorum offerens aspectui sciens ab aliquibus turpiter se amari posse, perpetratne scandalosi peccatum?

418
Perpetrat
haec.
Perpetrat quidem. Quia dum se videndam offert sciens se turpiter diligi posse, causa videtur esse peccati: nec eiusmodi scandalum iudicandum est esse passivum, sed activum omni-

nino. Sic plures Theologi antiqui, ac moderni non immerito.

Minimè perpetrat. Quia sunt mulieres innumera se ex ingenio muliebri superflue ornantes, & vix de villa affirmari potest, graue occasionem peccandi tribuere. At si alicui scandalum exhibeant præter earum intentionem, passivum proculdubio erit. Ita Nauar. summ. c. 23. n. 19. asserens huiusmodi peccatum minime esse feminæ tribuendum, etiam si nuda pectora ostenderet, ut pulchrior appareat. Caiet. 2.2. q. 169. a. 2. Sanch. l. 1. Decalog. c. 6. n. 17. Bonac. de matr. m. q. 4. pun. 9. n. 17.

Si ornatus est iuxta personæ qualitatem, & communem usum, nullum reor esse peccatum se ita ornare, & aspectui virorum offerre, modo absit prava intentio, etiam si sciat, turpiter ab aliquo esse amandam. Esset enim graue onus, mulieres obligare semper inornatas procedere, vel domi esse reclusas. Quod si superfluous sit ornatus, non puto ex hac parte peccatum mortale committi, sed veniale solum. Mecum Castro Palao p. 1. rr. 6. d. 6. pun. 7. num. 1.

DUBIUM LXXXIII.

Femina è domo egrediens, stans ad ostium, vel fenestram sciens, ab adolescente turpiter esse amandam, nulla causa honesta existente committitne delictum scandalosi?

441
Nō committit. Quia durum est sceminam libertate propria privare, & iure, quod habet è domo egrediendi, standi ad ostium, vel fenestram ob malitiam adolescentis etiam turpiter amanti. Caiet. 2.2. q. 154. a. 4. & 169. a. 2. ad 5. Arnil. sum. v. Ornatus, n. 3. & v. Scandalum, usm. 1.

Committit profecto si nulla necessitate, vel utilitate, sed solum vanitate docta, aspectui viri eam turpiter adamantis se offerat. Quia ex obligatione charitatis quilibet tenetur evitare proximi ruinam, si commode possit. Potest autem commode, quando absque iactura alicuius rei necessaria, vel utilis potest. Ergo tenetur. Ita Sanch. l. 1. Decal. c. 6. n. 16. exculans sceminam à mortali ob causam necessariam urbanitatis, ne scilicet inurbana cõseretur, si vicinas, vel amicas non iniuileret. Vasq. 1. 2. qu. 43. a. 8. d. 2. n. 27. Ludou. Lopez p. 1. Instrum. c. 10. fin. solum obligat eam se semel aut iterum domi continere. Strictius loquitur Castro Pal. p. 1. rr. 6. d. 6. pun. 7. n. 3.

Ego quidem existimo causam iustam adesse debere. Non autem iudico causam esse iustam exercitium libertatis utpote bonis, ac pravis actibus commune. Fateor ingenue non debere feminam ob adolescentis malitiam absolute exeundi, ac procedendi per plateas libertate privari, quia privatur re sibi utili & sæpe necessaria?

DUBIUM

DVBIUM LXXXIV.

Vendit, vel subministrat quis indifferentia quibus proximus potest sumere occasionem delinquendi: teneturne ea illi non vendere, aut subministrare, si credat eum illis male usurum?

444
Nonnulla
præmittit.

Indifferentia vocito ea, quæ bono, ac malo vltui possunt deferuire. Exhibeo in exemplū Idoli venditionem. Nam si Idolum vendatur vt in atiquitatis memoriam aſeruetur, & in cœcitatib. detestationem: bona erit venditio. Si verò vendatur, vt cultum accipiat, mala erit. Ex indifferentibus alia ſunt, quæ omni tempore in malum deſtinantur, alia quæ aliquo tempore, alia quæ potius in bonum. Venditio veneni, Idoli, clauis falſæ regulariter omni tempore malum ſeruiunt in vſum: eſto aliquibus perſonis in bonum valeant deferuire. E contra venditio armorum, animalium, & aliarum rerum, quæ communiter aſſolent venundari, in bonum vſum deſtinantur, licet aliqui eis abutantur. Carnium comeſtio in Quadrageſima omnibus communiter prohibetur, ac proinde earum præparatio ac venditio communiter illo tempore malum deſtinantur in vſum. At ſi res in bonum vſum communiter ordinantur, licet cuique vtere, ac ſubministrare, modo de petentis abuſu futuro non conſtet. Si verò credat, proximum iis indifferentibus male vſurum, quaſierim, an quis teneatur, ſi commodè poſſit ea illi non vendere?

445
Nō tenetur
eas illi non
vendere.

Non tenetur. Vnde tabernarij & caupones poſſunt libere cibaria miniſtrare, ac vendere iis, qui ieiunia ſoluunt. Quia neque inducunt ad ieiunium violandum, & actionem de ſe honeſtā deferuiſſent naturę ſuſtentationi gerūt. Sic Manu. 10. 1. ſum. c. 23. n. 8. Caiet. 2. 2. q. 147. a. 4. Petr. de Leſſ. 10. 2. tr. 27. c. 2. dub. 4. Salon. 2. 2. q. 147. a. 4. ſine.

446
Tenetur
omnino.

Tenetur quidem, ſi commodè poſſit, ea illi nō vendere, vel ſubministrare. Quia cum ex charitate obligetur proximi peccatum impedire, ſi poſſit à fortiori obligatur, materiam peccati non miniſtrare. Ita Sylueſt. v. Inſidelitas, qu. 4. Suar. alios referens, de Charit. d. 10. ſect. 4. n. 4. Sanch. l. 1. Decal. c. 7. n. 34. Caſtro Palao tom. 1. tr. 6. d. 6. pun. 8. n. 9.

447
Probabilior
mihi ſentē
tia hæc.

Hanc ſententiā veriorē eſſe credo, dummo commodè fieri valeat. Nam ſi abſque detrimento tuo non poſſis ab earum rerum ſubminiſtratione, vel venditione ſubtrahi, nō peccat ſubminiſtrando, vel vendendo. At illi talis ſubminiſtratio vtilis, vel neceſſaria eſt, cauſare peccatum alterius non cenſetur, ſed potius iudicatur vendens, vel ſubminiſtrans iure vti ſuo, & peccatum alterius permittere. Mecum Sanchez, lib. 1. Decalog. capite ſeptimo numer. 9. 11. & 34. Suar. eod. c. 10. ſectiōne quarta numero quarto Bonacin. diſputatione ſecunda de peccat. queſtione quarta puncto ſecundo Paragrapho vii. numer. 17.

DVBIUM LXXXV.

Miniſtrans indifferentia excuſaturne à graui ſcandali peccato, eo quod proximus aliās erat præceptum transgreſſurus, eſi ei ille ea indifferentia non miniſtraret?

Caſum propono. Violaturus erat Antonius ieiunium, eſi tu illi cœnam non apponeres: vel Petrum occiſurus, eſi gladium nō miniſtrares: patraturus furtum, licet ei ſcalā non adhiberes, Quaſierim. An Antonius à lethali peccato ſcandali excuſetur, apponendo cœnam, porrigendo gladium, ſcalam adhibendo?

Excusaſtur quidem. Quia illæ actiones de ſe malæ nō ſunt: aliās nunquā poſſent honeſtari. Ergo ſolum ſunt malæ, quia mouent, ac adiuuant in mala operatione. At hoc non contingit, quando ipſe operans eodem modo malè eſſet operaturus excluſis miniſtrantis actionibus, ac illis poſitis: ergo illæ actiones non vidētur malæ operationis cauſa exiſtere. Sic Manu. 10. 1. ſum. c. 23. n. 8. Petr. de Leſſ. 10. 2. ſum. tr. 27. c. 2. dub. 4. Leſſ. l. 4. c. 2. dub. 4. n. 24. Caiet. 1. 2. q. 147. a. 4.

Nō excusaſtur à mortali peccato ſcandali ex eo quod proximus aliis actionibus eſſet vſurus, ſi miniſtrantis illius actiones non adēſſent. Quia hæc conditionalis non tollit, quominus cauſa ſit illius peccati, & ſit eodem modo cauſa, ac ſi proximus aliis actionibus adiutus peccaturus non eſſet. Nam ſi proximus (v. gr.) alibi non eſſet ieiuniū ſoluturus, & tu nulla cauſa intercedente, cœnā ei ſubminiſtras, fere omnes cōueniunt, te peccaturū, quia aliquo modo ad alterius peccatum concurreſ. At quod alias proximus ſit ieiunium ſoluturus, non immutat tuum concuſum, qui in ſubminiſtratione cœnæ conſiſtit. Ergo eodem modo concurreſ. Ita Soar. d. 10. de charit. ſect. 3. n. 2. & ſect. 4. n. 5. Caſtro Pal. 10. 1. tr. 6. d. 6. pun. 9. n. 4.

Cum hiſ opinor. Quia tota malitia eiulmodi actionum indifferentium ſumitur à peccato, ad quod adiungunt, cum autem hoc graue ſit (vt ſupponimus) ſemper debet grauem malitiam adiciere. Ergo vel eſſe alias peccatorum proximum excuſat, ne peccatum proximi iis actionibus indifferentibus malitiam tribuat: vel ſi non excuſat, non poterit illam imminuere. Addo, eſſe proximum eodem modo peccaturum, eſto tu neceſſaria ad peccatum non miniſtres, eſt contingens & forte ita non erit, poteſt enim alia via impediri à peccato, vel Dei inſpiratione remoueri, quantumvis modo ſit determinatus. Ergo quātum eſt ex te, teneris hunc effectum bonum poſſibilem promouere, & impedimentum ei non apponere.

DVBIUM

DVBIVM LXXXVI.

Potesne invitare ad cenam cum, qui paratus erat soluere ieiunium?

⁴⁵² *Inuolant.* Potesne quidem. Quia inuitas ad cenam, non quatenus est solutio ieiunii sed quatenus est humana natura sustentatio. Item inuitas usurarium ad praestandum cum usuris, & non peccas. Quia paratus est praestare. Sic Nauar. *sum. c. 21. n. 23.* & 24. Caiet. 2. 2. q. 147. a. 4. & alij.

⁴⁵³ *Non potes.* Minime potes invitare ad cenam cum quem scis paratum esse soluere ieiunium. Quia inuitas ad actum, a quo non potest malitia separari. Ergo peccas. Quid ergo interest actui esse malum ex obiecto, vel esse malum ex praeepto, si de facto ab illo malitia non potest separari? Ergo cum ab hac cena, ad quam inuitas separari malitia nequeat invitando ad cenam ad malum inuitas: ergo delinquis. Ita Valquez de scandalo *question. 43. artic. 1. dub. 3. numer. 17.* Palao *tom. 1. tract. 6. d. 6. punct. 10. numer. 2.*

⁴⁵⁴ *Hic fecerunt amplexus.* His haeo Doctoribus. Peccas naque, licet inuites ad cenam, quatenus est naturae sustentatio, quia ab illa cena tali tempore facta inseparabilis malitia est. Sicuti delinquentes, si ad fornicationem inuitares, licet solum inuites, quod sit coitus aptus generationi. Profecto optime potest peti ab usurario mutuum, quia non petis rem, a qua malitia separari non valet; in mutuo enim hic & nunc concessio non involuitur malum vllum: at ad cenam, quam petis, haud potest malitia separari.

DVBIVM LXXXVII.

Cum quis petit rem indifferentem, excusaturne a peccato scandali, si proximus omnino paratus sit peccare, attamen ad id petendum causa rationalis non adest?

⁴⁵⁵ *Sane quae sunt.* Procedit questio de inductione indirecta, scilicet petendo rem indifferentem. Petrus v. gr. a Ministro peccatore petit sibi Sacramenta ministrari, quae scit in peccato ministraturum. Petit ab usurario mutuum, quod scit, absque usuris non concedendum. Quaeritur itaque, an si causa rationalis non adsit, id petens a peccato scandali excusetur?

⁴⁵⁶ *Excusatur.* Excusatur quidem. Quia petit, quod sibi est utile, & alius recte praestare potest se disponendo ad Sacramenta digne ministranda, mutuum sine usuris conferendo. Quod si non praestet, sibi debet imputare. Sic D. Tho. 2. 2. q. 78. a. 4. Caiet. *ibi.* Nauar. *sum. c. 14. n. 39.* & c. 17. *num. 262.* Sotus *l. 9. de iust. q. 1. a. 5. Sa v. Peccatum, n. 12. in addit.*

⁴⁵⁷ *Excusatur.* Non excusatur, si rationalis causa ad petendum non adsit. Quia si aequae bene, & facile ab alio Sacramentum, vel mutuum quis potest. Escob. & Mend. *Theol. Moral. Tom. VI.*

accipere, non video, quonammodo ille a mortali piaculo excusetur: siquidem causa est, quod alius hic & nunc mortale peccatum committat, alias non committitur. Ita Vasq. de scand. p. 43. a. 8. dub. 1. Bonac. d. 2. de peccat. q. 4. punct. 2. § uni n. 2. Valent. 2. 2. d. 5. q. 2. 1. punct. 4. Nauar. *sum. c. 21. n. 26.* Suar. *to. 3. in 3. p. d. 81. sect. 1. corollar. 2. & de Charit. d. 10. sect. 3. n. 2.* Sanch. *lib. 1. Decal. c. 7. n. 15.*

Hanc sententiam lubens praepono. Quia ⁴⁵⁸ *Hanc praepono sententiam.* Dei amor, & misericordia in proximum nos obligat vitare, quantumcumque alius ex malitia delinquat, eius piacula, quae comode possimus. Vnde non approbo, quod Caietanus & Navarrus edocent, esse solummodo veniale peccatum petere mutuum ab usurario, si ad expendendum in ludis, & negotiatione superflua fiat. Quia tunc nulla est causa permissionem piaculi honestans, ut apte Basi. de Leon. *l. 5. de matr. c. 18. n. 50. aduertit.*

DVBIVM LXXXVIII.

Perit dominus libidinem aggressus famulum, ut cum custodiam, si forte aliquis damnificare intendat: licet summe est eum custodire?

⁴⁵⁹ *Nonnulla suppono.* Suppono illicitum esse, si custodia dirigatur, ut famulus, vel amicus comitans invadat alios concubinae competitores cum illis pugnaturus. Quia hoc de se constat esse intrinsece malum. Quid autem si solum custodiat herum vel amicum, si forte aliquis ei damnum inferre intenderit: vel moneat, ut aufugiat, cum adest, qui illum offendere possit? Estne licitum?

Licitum est. Quia est quid indifferens eiusmodi custodia. Sic Sanchez *lib. 3. Decal. capit. 7. Licitum est. num. 23.*

⁴⁶¹ *Non est licitum.* Non est licitum. Quia tali securitate ex custode adhibita, dominus, vel amicus ille maiori libidine dat delicto operam, quam si timore agigaretur. Ergo non est licitum cum tunc custodire ac securiore reddere. Ita Ferdin. de Castro *to. 1. tr. 6. d. 6. punct. 21. n. 6.* adiciens famulo, vel amico comitanti maximam causam necessariam esse, ut id licite gerat.

⁴⁶² *Idem affirmo.* Profecto famulus, vel amicus sic comitans maximo sese periculo exponit, non solum dominum vel amicum defendendi, sed etiam excedendi defensionis modum: & ex alio capite, (ut dixi) tali securitate posita, dominus, vel amicus liberior in libidine excedit. Vnde existimo cum Ferdinando de Castro, maximam causam esse necessariam, qualem esse iudico, si famulus, aut amicus timeret non obediendo, vel anuendo graue iacturam in bonis fortunae, vel honoris, vel corporis futuram timeret. Leuiorem enim causam sufficientem esse non iudicarem.

DVBIVM XC.

Cogitur quis scribere, aut deferre amatorias litteras turpia continentes: liberaturne à scandalii peccato?

463
Liberatur
quidem.

Liberatur quidem. Quia hæc non videntur intrinsecè mala, si absit à deferente vel scribente malus finis. Turpia enim verba scribi possunt sicuti Doctores scribunt ad ponderandam malitiam illorum, qui ea malo profuerunt ex fine: possuntque scribi, & dici non tanquam ex proprio matre, sed ex alieno. Item nõ ferio, sed irrisorie. Ergo scribere hæc verba turpia de se non est intrinsecè malum; quia solum sunt turpia, & mala, quatenus prauo procedunt ex animo, & prauum diriguntur in finem. Ergo excluso hoc animo, & fine, mala esse non videntur; & à fortiori non erit intrinsecè malum, scripta illa ad concubinam deferre; poterit enim illa deferre, non vt excitetur ad venerem, sed vt illam irrideat. Actio igitur illam deferendi quatenus à deferente (non à mittente) procedit, bono vsui potest deferri. Idem videtur dicendum, de scriptis ad duellum prouocantibus. Sic Sà v. *Peccatum*, num. 9. excusans famulos has litteras amatorias deferentes. Castro Palao to. 1. tr. 6. d. 6. punct. 11. n. 7. dubius hæret, an sit hæc sententia satis probabilis.

464
Non libera-
tur.

Non liberatur. Quia verba turpia sunt intrinsecè mala nisi inter coniuges, aut sponfos de futuro: ergo idem erit de scriptis. Idem à fortiori dicendum de scriptis ad duellum prouocantibus, qualia essent, si in eis diceretur: conueniamus cras tali hora, & tali in loco pugnaturi. Quia hæc nullo bono vsui possunt deferri. Ita Sanchez. l. 1. *Decal. c. 7. n. 26.* Bonac. d. 2. de matr. q. 4. punct. 14. n. 6. Rebel. p. 1. de iust. l. 2. q. 14. num. 53.

465
Hic hæreo.

Existimo, hæc prorsus esse illicita, neque vnquam honestari posse. Scio doctos aliquos primæ sententiæ fauere Neotericos. Quibus si velis morem gerere, tibi firmiter persuade, hæc nunquam honestari posse, nisi vrgens causa intercedat. Crediderim verò si dubium negatiuū, vel probabile sit, an hæc scripta contineant verba ad libidinem, vel duellum inuitantia, posse famulum deferre; quia in casu dubij ratione subiectionis potest; imo pluribus Doctoribus placet, obligatum esse obedire. Rebel. parte prima libro secundo quæstion. 14. num. 53.

DVBIVM XCI.

Remigantes in Turcarum triremibus ob mortis timorem possuntne à peccato scandalii excusari?

466
Excusari
non possunt.

Excusari non possunt. Quia bello iniusto, rapinæ, & innocentum graui incommodo

cooperari, est intrinsecè malum: sed illi captini remigantes hanc videntur cooperationem præstare. Ergo quod malum intrinsecè est, gerunt: ergo nequeunt à peccato scandalii excusari. Sic Vgolin. de cens. Papa referu. p. 2. capit. 3. §. 2. Tolet. summ. in expof. Bulla Cens. excom. 5. Nauar. sum. c. 2. n. 6. Suar. to. 5. in 3. parti. d. 21. sect. 2. num. 60. Pedraza M. andato 7. numer. 29. A censuræ autem incurfione illos excusant. Alij neque à culpa, neque à censura excusari docent.

Possunt excusari. Quia hi non directè, sed indirectè cooperantur: cooperatio autem indirecta, si sit per actionem de se indifferentem, honestari potest, causa graui intercedente, scilicet mortis metu, vel alicuius grauiissimi damni: vti de cooperatione indirecta ad libidinem, ad intemperantiam, ad irreligionem admittunt communitate Doctores: ergo. Ita Nauarra l. 3. de res. cap. 4. dub. 4. nu. 51. Molina. 1. de iud. d. 115. conclus. 1. Sanchez alios citans, libr. 1. Decal. c. 7. n. 18. Vasq. de scand. q. 43. a. 8. dub. 7. & tractat. de resit. capite nono dubio secundo Paragrapho primo numer. 39. Corduba quæstion. 137. dubio secundo Salas 1. d. 3. sect. 1. numer. 30. corollar. 1. Lessius libro secundo capite nono dub. 18. numer. 122. Rebel. parte prima de iust. libro primo quæstione 14. sessione septima numer. 52.

Cum his opinor, iudicans captiuorū actiones illas, prout ab eis procedunt, indifferentes esse. Quia ipsi nihil aliud faciunt, quam applicare nauem, scalas apponere, propugnacula deferre, quibus præstitis, poterant Turcæ. nulum Christicolis damnum inferre: Ergo actio prout à captiuis procedit, non trahit necessario damnum. Secus est de emissionē sagittæ, vel bombardæ; hæc enim secum necessario trahunt damnum proximi in vita, ac proinde intrinsecè mala sunt, neque vnquam possunt honestari. Limite tamen doctrinam cum Molina, Sanchez, Salas, Vasquez, Lessio, ac Rebello, nempe non excusari mortis timore remigantes, si videant, damnum graue Reipublicæ Christianæ, ipsis non remigantibus euitari posse. Quia tunc tenentur, propriam vitam ob commune bonum exponere. At raro vel nunquam casus hic contingere potest, in quo aliquis in particulari obligatus maneat. Quia raro poterit aliquis sibi persuadere, alios cessaturos fore à remigio ducendo, si ipse cesset: & sola ipsius cessatione damnum commune posse euitari.

DVBIVM XCII.

An captiuus mortis timore pressus licitum sit, si à Turcis cogatur actiones per se proximo iniurias excusare?

Maior est difficultas de aliis actionibus directè & per se proximo iniuriis, quales sunt eius domos perfringere, deuastare, bona surripere. Rogito igitur num mortis timore

timore exatilis licitum sit huiusmodi actione exercere?

⁴⁷⁰ Licitum non est. Quia cum intrinsecam continent malitiam ne ob mortis timorem possint huiusmodi actiones honestari. Sic Coninch 2.2.d.3. de charit. d.7. n.104. citans Loream d.51.

⁴⁷¹ Licitum est. Quia cuique est licitum externis proximi bonis uti, prout necessarium est ad extremam necessitatem vitandam: sed illa deuastare, capere, asportare, & tradere bona minanti mortem, est captiuus illis necessarium ad mortem vitandam: ergo id licite gerere possunt. Ita Molin. tomo secundo dub. 115. conclus. 4. Castro Palao tomo primo tractat. 6. d. 6. punct. 11. nu. 12. consentit ex parte Lessi. libr. 2. cap. 18. dub. 3. nu. 30. edocens, has actiones iniurias esse, nisi forte quis eas gerat animo compensandi; quia tunc dominus debet permittere, ne grauissimum ille malum incurrat.

⁴⁷² Profecto ex timore mortis huiusmodi actiones posse honestari probabilis existimo. Probabiliter Nec enim dominos illarum rerum debet esse inuitus, sed potius debet ex charitate consentire, & actionem illam prout a captiuus sit, minime iniuriosam reputare: quemadmodum iniuriosum reputare non debet, qui a necessitate extremam patiente, necessario subsidio expilatur.

DUBIVM XCIII.

An possit quis carius locare domum meretrici, vel usurario, quam aliis in se viuentibus personis?

⁴⁷³ EX communi sententia suppono, nullam causam requiri, ut quis possit libere locare, ac vendere domum, cibaria, ac testes meretricibus, & usurariis ad eorum habitaculum & sustentationem. Quia hæc nimis a peccato remota sunt, cum nec illius materia, nec occasio existant. Et ille vitur iure suo res suas locando & vendendo. Quæsierim vero, an possit quis carius locare domum meretrici, vel usurario, quam aliis in se viuentibus personis?

⁴⁷⁴ Non potest locare eam carius, eo quod domus accommodata sit, ut in ea magis lucrentur. Quia videntur esse particeps lucri obuenientis ex peccato. Sic Nauar. summ. capit. 17. nu. 145.

⁴⁷⁵ Potest quidem. Quia neque talis locatio est contra castitatem, nec contra iustitiam. Non contra castitatem, nam sicut locare domum, & recipere locationis pretium etiam si sit ex turpitudine acquisitum, non est contra castitatem: neque etiam erit recipere maius pretium. Non enim ob turpitudinem, sed ob domum locatam recipitur. Item hæc difficultas inueniendi domos accommodatas potius retardat à meretricio, quam compellit. Quod vero non sit contra iustitiā, inde constat: quia ex habitatione meretricis, & usurarij domus vilescit, & consequenter minoris postea est con- Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

ducenda. Vnde ratione huius damni poterit ille plurius locari meretrici, vel usurario, quam sceminae aut viro honesto ac iuste victitanti. Ita Castro Palao tom. 1. tract. 6. dub. 6. punct. 12. nu. 2.

Hoc ita esse reor. Attamen si tua domus aptior sit ad illam turpitudinem, vel negotiationem exercendam, existimo te nec vendere, nec locare teneri iis perditis personis, si inuenias alias, quibus loce, aut vendas. Quia charitatis lege teneris peccata vitare, quæ possis absque tuo graui detrimento: præcipue cum Respublica solum intendat iis habitationem concedere ad viuendum, non aplitudinem ad peccandū. Meum Bonac. q. 4. de matr. pun. 14. n. 5. Valent. 2.2. d. 5. q. 20. pun. 5. Sanch. l. 1. Decal. c. 7. n. 20. & Palao profiteretur. Vnde eius sententiam veram esse crediderim solum, quando alium non inuenias, cui domum tuam possis vendere, vel locare.

DUBIVM XCIV.

Pingens imaginem concubinae amasio, vel statuam Idoli Ethnico efformans, estne peccati scandali reus?

⁴⁷⁷ Reus non est. Quia actio de se indifferens est, & bono, ac prauo vsui potest deferuire: vnde ex aliqua graui causa poterit honestari. Sic Sanch. l. 1. Decal. c. 7.

⁴⁷⁸ Reus equidem est. Quia turpis amoris fomentum & incitatuum existit Idololatricque excitat ad delictum. Ita absque distinctione vlla Bonac. d. 2. de peccat. qu. 4. punct. 2. §. vni. n. 29. Azor. 10.2. d. 12. c. vlt. q. 9.

⁴⁹⁹ Ego autem Sanci mei adhero sententiæ iudicās, id geri posse, si artifex aliqua grauissima causa adstrictus imaginem concubinae amasio, Idoli statuam Ethnico traderet. Porro hæc causa grauissima non est lucri ex tali pictura, aut sculptura amissionis: alias semper eis liceret eiusmodi operi incumbere. Quare illam solummodo causam sufficientem esse crediderim, quæ grauem mortis, vel vulnerationis diræ metum valeret incutere. Nam eius pictura, aut sculptura fabricatio hominibus sic deperditis est quasi porrectio gladij parato se occidere.

DUBIVM XCV.

Licetne ob metum vllum effingere Idolum, vel Sacerdotalem vestem facere ad infidelis petitionem?

⁴⁸⁰ Non licet. Quia cum id sit ad infidelis petitionem, fabricatio illa falsi cultus cedit in honorem, & est quedam illius professio, siquidem infideli famulatur artifex, & sicut illius instrumentum agit, cum ad illius petitionem operatur. Sic Coninch 2.2. d. 18. dub. 18. nu. 113.

⁴⁸¹ Licet quidem, si artifex grauissimo feratur ex

⁴⁷⁶ Auloris resolutio.

⁴⁷⁷ Reus non est.

⁴⁷⁸ Reus est.

⁴⁹⁹ Primam sententiā eligo, & expono.

⁴⁸⁰ Non licet.

⁴⁸¹ Licet quidem.

ex metu, si ab eo non expostuletur. Idolum aut vestes fieri Religionis in contemptum, nec aderit scandalum iudicantium artificem eam habere contemptui. Nam Idoli aut vestium fabricatio intrinsecè mala non est, sed saepe valet honestari. Ita Ferdinand. de Castro tom. 1. *er. 6. d. 6. pun. 1. n. 7.*

482
Eiusdem
sententis.

Scio, plures olim sculptores maluisse, gravissima sustinere tormenta quam Idola ad Imperatorum petitionem fabricare. Sicut de Marco Aretulo Episcopo testatur Theodoret. *l. 3. hist. cap. 5.* Attamen secundam eligo sententiam. Nam praterquam quod eiusmodi fabricatio intrinsecè mala non videtur: quod fiat ad petitionem illius, qui illa ad malum usus est finem, non constituit in fabricante malitiam. Quia ipse non famulatur petenti in mala illa intentione, sed in re petita, & hoc ex gravissimo metu: neque agit ut instrumentum mali operis, sed operis in se indifferentis.

D V B I V M X C V I.

- Requiriturne causa gravis, ad deponendas apud usurarium licite pecunias, quibus ad usuras uti veller

483
Non requiritur.

Non requiritur gravis causa. Quia huiusmodi pecuniarum depositio non videtur usurarium causa, sicut locatio domus eidem usurario facta. Sic Caietanus, Aragon, Bannes, & alij, quos affert. Thom. Sanch. *l. 1. Decal. c. 7. n. 36.*

484
Requiritur quidem.

Gravis causa necessario requiritur. Quia cessante depositione illa forte usure non exercerentur, vel saltem non exercerentur in tanta quantitate. In presenti autem non solum est obligatio vitandi peccatum usurarii, sed etiam damnum, quod mutuatarij recipiunt. Ita Sanch. *Rebel. de iust. p. 2. lib. 8. question. 16. sect. 4. n. 20. Valent. 2. 2. dub. 5. question. 2. 1. punct. ultim. fine. Molin. tomo secundo disputation. 331. Navar. summ. capite decimo quarto numer. 40. & alij.*

485
Probabilior
hoc mihi.

Probabiliorem hanc iudico esse sententiam. Unde addicio, deponente obligatū esse restituere usuras, quas mutuas ab alijs accepit ex eius pecunia mutua. Quia praebeat materiam iniustitiae, sicut obligatur qui praebeat enssem volenti occidere inimicum. Tenet Basil. Legion. *lib. 5. de matrimon. cap. 18. Paragrapho 4. num. 23.*

D V B I V M X C V I I.

Essene potest causa excusans à peccato scandalis, praeferens munera Iudicis concubinae, ab eaque petenti, ut Iudicem interpellaret

486
Non potest
esse causa
excusans.

Non potest causa esse huiusmodi actionem excusans. Quia à concubina petitur, quod ipsa licitè praeferre non potest: non enim ipsa Iudicem iniungere, illi scribere, aut internun-

cium inmittere, siquidem iis omnibus turpis amor fouetur, & saltem illa se, ac Iudicem delinquendi periculo exponit. Sic Sanch. *l. 1. De cal. c. 7. n. 38.*

Causa potest esse excusans, si negotium sit grave, videatque qui licet agit, Iudicem sibi non esse propitium. Speretque intercessione concubinae gratum fore, & neque alia via appareat, qua possit illum ad servandum suum ius interficere, licet illi petere à concubina, ut in eo negotio intercedat. Quia non petit aliquid quod ipsa licitè praeferre non possit. Nam licet intercessione illa Iudex, vel concubina turpem foueat amorem, hoc non ille intendit, neque illius fomenti est causa. Stante enim intercessione illa, adhuc Iudex, & concubina poterant à prava voluntate se continere. Ergo intercessio de se mala non est. Ita Palao *tom. 1. er. 6. d. 6. pun. 1. n. 1. Bonac. d. 2. de peccat. g. 4. pun. 2. s. v. n. 24.*

Probabilem esse hanc putarim sententiam. Nam quod media intercessione illa Iudex, & concubina periculo peccandi exponantur, non obstat, quo minus id licitè vrgente gravi necessitate fieri valeat. Neque putari debet inordinatum, obligatione, & amore ex peccatis iam factis. acquisito uti aliquando ad bonum finem, scilicet, ut iustitia servetur, & vicique suum ius reddatur. Attamen P. Sanchi ratio probat semper contrarium esse consulendum. Et quidem, mei Ferdinandi de Castro venia, mihi inordinatum videtur turpi concubinae amore causam, ac iura defendi.

D V B I V M X C V I I I.

An praecerta affirmativa positiva possint ob scandalum fratris omitti?

Certum est ob nullam causam observantiam praecerti affirmativi omitti posse. Quia non potest quis futuri, fornicarij, occidere, vel aliam pravam actionem praestare, ad vitandum proximi scandalum. Nec enim gerenda sunt mala, ut inde bona eveniant. Dubium esse potest de affirmativo praecerto, an ob scandalum vitandum aliquando valeat omitti.

Possunt quidem praecerta affirmativa, si positiva sint, omitti. Quia obligatio praecerti naturalis praeferenda est praecerti positivi obligationi: sed vitandi scandalus obligatio est praecerti naturalis: ergo omittenda est observatio praecerti positivi ob praecerti naturalis obligationem. Sic Covar. *reg. Peccatum, parte prima numero quarto Suar. dub. 10. de scand. sect. 4. num. 9. & 10. Valent. 2. 2. d. 3. q. 8. pun. 4. s. 2. Sa v. Missa auditis. n. 3. Lorca 2. 2. q. 43. n. 10.* Favent plures Doctores afferentes, ob scandalum omitti posse Confessionem integritatem. Sylvest. *verb. Confessio 1. question. 18. Sotus in 4. dist. 18. question. 2. artic. 5. Medina Cod. de confes. question. de integr. confes. Navar. summ. capite septimo numero tertio Petr. de Soto lect. 10. de confess. Cano in relect. de penit. parte quinta.*

Non

491 Non possunt præcepta affirmatiua, licet pos-
sint fieri, ob vitandum scandalum præcise,
omitti. Quia cum ex observatione præcepti
scandalum oboritur, tunc scandalum id non
est datum, sed acceptum. Non enim censetur
scandalum dare, qui præceptum sibi imposi-
tum exequitur. Executio namque præcepti ne-
que est mala, neque speciei mali habet. Profe-
cto obligatio cuiusque de vitando scandalo
est obligatio secundaria; prius enim tenetur
quis propriæ salutis consulere, quam alienæ, &
præcepta sibi imposita adimplere, quam cura-
re, ut alius adimpleat. hic enim est rectus ordo
Charitatis: ergo non poterit præcepta sibi im-
posita omittere, ut alius præceptis sibi imposi-
tis satisfaciatur. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 41. art. 7.
Antonin. part. 3. tit. 7. cap. 4. §. 5. Navarr. summ.
cap. 1. 4. num. 4. Valquez pluribus relatis, qu. 43.
art. 7. dub. 1. num. 4. Basil. Legion. lib. 5. de m. vi.
cap. 18. §. 2. num. 7. Et sumitur ex cap. Qui scan-
dali meritis, de regulis iuris. Vbi utilius scanda-
lum nasci permittitur, quam veritas relinqua-
tur. Palao tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 16. num. 3.
Et videtur tradi ab Innocent. III. Cap.
Cum ex iniuncto, de noni operis nunciat. circa
medium.

492 Hanc eligo sententiam, quam probabilio-
rem esse iudico. Nam si Antonius, qui tibi est
inimicus Missam omittat, eo quod tu ad illam
accedis: non poteris villo modo licite Missam
omittere, ut ille exaudiat. Ergo ob scandalum
præcepta non sunt omittenda. Ex quo fit, for-
minam credentem turpiter se à viro adamari,
non obinde teneri Missam die festo relinque-
re. Quia ipsa præceptum exequendo, non cen-
setur occasionem peccandi approbare, sed il-
lum sua malitia illam arripere.

DUBIVM XCIX.

Opera consilij dimittendane sunt ad vitandum
scandalum proximi, qui ex ignorantia deli-
quit, sed adhuc ratione ei exposita, in
ignorantia persistit, non capiens
rationem?

493 Certum est, non esse prætereunda consilia
propter scandalum ex malitia vitandum.
Peccatum vero ex malitia vocito, quod oritur
ex opere bono tam in re, quam in specie. Ex
quo qui accipit occasionem peccati, non ha-
bet unde illam accipiat, nisi ex sua prauitate.
Porro consilia differri debent, quando aliquis
per ignorantiam inde arrepturus est occasio-
nem delinquendi. Peccatum autem ex igno-
rantia oritur ex opere non quidem malo re
ipsa, habente tamen mali speciem. Quod qui-
dem est scandalum pusillorum. Potest igitur
aliquis implere consilia in aliqua circumstan-
tia præ se ferente, speciem mali: quia propter
aliquam occasionem poterit aliquis censere
observationem illam consiliorum hic, & nunc
esse malam: vel quia aliqui ex cognatis, (verbi
gratia) sunt in necessitate, essentque iuvandi ab
impleturo consilia: vel si quis vir nobilis ca-
reat aliis liberis, & existimet, filium teneri ad
matrimonium ineundum, ut suscipiat prolem,

per quam eius familia nobilitas perenniter con-
servetur. Tunc, inquam, si cognati hac specie
mali sint commissuri aliquod peccatum: tene-
mur differe consilium, illoque docere, non esse
peccatum id efficere, cognatis enim, qui pa-
rentes non sunt, non tenemur tantam operam
impendere: neque deferere Christi consilia, Reli-
gionis, vel castitatis, ad familiae diuturnitatem.
Quod si his recte peractis, illi nolint ab iniusta
persuasione recedere, non tenemur abstinere
à consiliis. Quia iam illi non ex ignorantia,
sed ex malitia peccant. D. Thom. 2. 2. quæst. 43.
art. 7. Sed quid si proximus adhuc rationem
non capiat?

494 Consilij opera sunt dimittenda. Quia adhuc
ille peccat ex ignorantia. Sic Caiet. & Bannes
relati à Petro Hurtado de Mendoza 2. 2. d. 173.
sect. 2. §. 172.

495 Dimittenda non sunt. Quia non possunt illi
in ignorantia persistere in hoc casu, nisi per
affectionem: affectio autem ex puta malitia
exoritur. Ita D. Thom. citatus: Si autem post red-
ditam rationem huiusmodi scandalum daret, iam
videtur ex malitia esse. Hurtado ubi sup.

496 Hoc dicendum existimo. Licet enim Caieta-
nus inquit D. Thomam dixisse, Videtur: quasi
dicat, Contingere potest, ut non sit ex malitia. Ve-
rum detorqueat Doctor Angelici doctrinam.
Quia illud Videtur non dicit diminutione, sed
positum effectum pro causa, ac si diceret, tam est
ex malitia, & tale videtur, ac iudicatur. Etenim
paulo prius dixerat, ex opera esse differenda,
donec ratio reddatur. Quod clarissime dixerat
in quart. dist. inction. 8. quæstion. 2. articulo 4. Igno-
rantia si daret, in malitiam per obliuionem
commutatur.

DUBIVM C.

Licetumne est Comædiis interesse?

497 Licetum non est. Quia histriones sermone
& vitis quandam societatem sub vno do-
ce constantes, & frequenter agentes fabulas
amatorias, ratione sui muneris in peccato mor-
tali existunt: amorum enim fabula non potest
moraliter non inferre mala innumera, & ipsis
Comædiis, & auditoribus. Ergo histriones sunt in
scandali peccato, dum eas agunt. At qui dat
pecuniam histrionibus, illos alit, & conservat
in peccati lethali statu, in quo multis sunt
scandalo. Ergo licetum non est comædiis in-
teresse. Sic P. Petrus Puente Hurtado de Men-
doza 2. 2. disputatione 173. sectione vigesima
octava, eruditè admodum suam probans sen-
tentiam ex Patrum sententiis, & rationibus
admodum efficacibus. Vnde invehuntur in co-
mædos P. Ioann. Mariana de spectac. capite 10.
P. Petr. Guzman. de bonis honesti laboris, discurs.
10. P. Thom. Sanchez tomo tercio, libro nono, dis-
putatione sexta, numero 165. P. Francisc. Ribera
in cap. 1. Mich. ubi gravitate tanto Doctori
digna reprehendit histriones, & comædiarum
amatoriarum similiumque librorum auctores.
Ioan. Lorin. ad Psalm. 119. vers. 172. Mart. Bo-
naccina tomo primo, disputatione prima, de Sa-
crament. quæstione sexta, numero nono, censent
idem

idem de omnibus histrionibus, ut none sunt in usu, quos iudicat à Sacra Communione arcendos, ut peccatores publicos, donec artem desierant.

498 *Licitum est.* Licitum est. Quia histriones ut in Hispania histrionicam artem exercent, in peccato mortali non sunt. Quia per se loquendo, nec turpes fabulas, nec torpiter agunt. Possunt vero per accidens esse in mortali, idque contingit si aliquando certum imminet scandalum. Et quia hi scenici ab Auctoribus non damnantur, & à Principibus permittuntur. Comœdiis viri graues, Ecclesiasticique intersunt. Etiam sequuntur plurima damna ex aliis rebus, quæ publicè fiunt, quæ tamen absque lethali crimine exercentur. Nec tenentur histriones cum graui suo damno ab his occasionibus alieni peccati abstinere. Ita Alphons. de Mendoza in quodlibet. quaestione nona, Scholasti, alique plures asserentes comœdiæ spectaculum esse indifferens, ab eoque solum abstinere esse obligatum cui scandalum infert. Utinam tot non haberent comœdiæ patronos.

499 *Auctoris resolutio.* Quid mihi verius sit, paucis expediam. Histrionia per se non est lethale piaculum. Quia potest honeste exerceri sine ulla scandali occasione. Quando scilicet honestæ puellæ fabulam agunt non inhonestam, neque inhonestè. Vel adolescentes agunt comœdiam, aut tragediam minimè turpem: siue id quasi ex officio exercent, siue eventu aliquo accidentali. Porro si histriones viri, & sceminae agant fabulas turpes, ducant inhonestas choreas, cantent turpia, vestes induant, fuccis vtantur occasione alios ad libidinem prouocandi, in statu mortalis piaculi esse non dubito. Profecto, si honestas honeste comœdias agant, in mortali non existere iudico, nec ideo esse à Sacra Communionem repellendos. Item cum communi Doctorum existimarim non committi ab auditoribus peccatum luxuriæ mortale assententiam, nisi experti sint probabile periculum in graue piaculum labendi. Si vero illud periculum sint experti, peccant graviter contra castitatem, quoties, cuiusmodi fabulis intersunt. Si quando vero non possunt sine graui damno il-

lis abesse, quia tenentur comitari heroes, aut aliquam sceminam custodire, tunc tenentur oculos claudere, animum diuertere, aliisque auocare. Præterea reor, omnes eos peccare mortaliter, quoties per delectationem vehementem in rebus ipsis turpibus, adfuit comœdiis. Omnes autem proculdubio venialiter delinquant, etiam si in theatra confluant, non propter rerum turpium delectationem, sed ob aliam captam ex carminum suauitatem, fabule artificium, actionum viuacitatem, & alia id genus. Vnde D. Thom. *quest. 168. art. 2.* dixit, non posse licite voluptatem queri, quando capitur ex ludo turpi.

Cæterum, (vt cum Alfonso de Mendoza numero decimo quinto, loquitur iudico histrionum societates minimè esse publicè utilitati necessarias, vt alia crimina vitari possint, vt nonnulli contendunt, & plurimas subesse causas, vt eas Principes, ac Magistratus funditus dissiparent. Nihil enim (vt dixi) utilitatis Reipublicæ, & plurimum spectantibus afferunt nocuenti. Nec est simile de militibus, mercatoribus, telonariis, tabernariis, stabulariis, &c. Nam licet horum status multis sit peccatis accommodatus, & expositus: tamen propter eam utilitatem, quæ inde Reipublicæ resultat, permitti debent. At ex eo quod mimici isti, & scenici homines, ac mulieres permittantur, quænam, quæso, utilitas adest, quænam damna absunt? Quæ stupra, ac turpitudines sequi necessum est ex tam crebro ac familiari conuictu, & contubernio horum scenicorum, in quibus viri, & sceminae perditissime cohabitant, conuersantur, conuescentur? An credi potest, eos caste, & sancte, candidèque in mediis turpitudinibus victuros? Sed spectatores habenas auditui, & visui licentiosissime laxantes, quoniam modo animum fingere, & continere poterunt à desiderio, amore, delectatione, & aliis illicitis motibus? Certe quam iuste nimis ornatus, & fucatio, cultusque faciei posset interdici, & viris alex: tam iuste, & longè iustius, ac rationabilius comœdiæ eliminari à Republica stabili Principum decreto deberent.